**βραχυσύλλαβος / brachysyllabus**

**1.** Bacch. 94 sqq. (p. 313. 13 sqq. Jan) συμπλέκεται δὲ οὗτος (*scil.* ὁ ῥυθμός) ἐκ χρόνων πόσων; τριῶν. ποίων τούτων χρόνων; βραχυσυλλάβου τε καὶ μακροῦ καὶ ἀλόγου. βραχὺς ποῖός ἐστιν; ὁ ἐλάχιστος καὶ εἰς μερισμοὺς μὴ πίπτων … χρόνων δὲ συμπλοκαὶ ἐν ῥυθμοῖς πόσαι γίνονται; τέσσαρες. συμπλέκεται γὰρ βραχὺς βραχεῖ, μακρὸς μακρῷ, μακρὸς βραχεῖ, ἄλογος μακρῷ.

Tzetz. *de metr.* 322. 34 sqq.

ἄνπερ βραχεῖαν συλλαβὴν εὕρῃς ἐν στίχῳ μίαν,
ὥσπερ τὸ 'ἒ' ἀντὶ αὐτόν, εἴτε βραχεῖαν ἄλλην,
κόμμα μοι ταύτην γίνωσκε ποδὸς τοῦ ἁρμοδίου·
ἰάμβου, πυρριχίου τε, χορείου, ἀναπαίστου,
ἰωνικοῦ ἐλάττονος, εἴτ' ἄλλου τῶν προσφόρων·
καὶ λέγε βραχυσύλλαβον κουκούλιον τὸ κόμμα ...

323. 18

ἔγνως τὸ βραχυσύλλαβον πῶς μέλλεις καλεῖν κόμμα.

Tzetz. *de metr.* 327. 7 sq.

'κα' τὴν προτέραν συλλαβὴν οὖσάν μοι μόνον κάλει
κουκούλιον, ὡς ἔφημεν (325. 5) ἐκ τῶν βραχυσυλλάβων.

**2.** Dion. Hal. *de comp. verb.* 17 (p. 68. 15 sqq. Vsener-Radermacher) δισυλλάβου μὲν οὖν λέξεως διαφοραὶ τρεῖς. ἢ γὰρ ἐξ ἀμφοτέρων ἔσται βραχειῶν ἢ ἐξ ἀμφοτέρων μακρῶν ἢ τῆς μὲν βραχείας, τῆς δὲ μακρᾶς. τοῦ δὲ τρίτου τούτου ῥυθμοῦ διττὸς ὁ τρόπος· ὃ μέν τις ἀπὸ βραχείας ἀρχόμενος καὶ λήγων εἰς μακράν, ὃ δ' ἀπὸ μακρᾶς καὶ λήγων εἰς βραχεῖαν. ὁ μὲν οὖν βραχυσύλλαβος ἡγεμών τε καὶ πυρρίχιος καλεῖται, καὶ οὔτε μεγαλοπρεπής ἐστιν οὔτε σεμνός· σχῆμα δ' αὐτοῦ τοιόνδε· (mel. adesp. 109 [PMG 1027] a Page = trag. adesp. 136 [TGF 868] Nauck²)

λέγε δὲ σὺ κατὰ πόδα νεόχυτα μέλεα.

**3.** Choerob. 217. 3 sqq. χόρειος, προπαροξυτόνως, ὡς Ἡρωδιανὸς (GG III 2, p. 606. 11 Lentz) ἐν τῇ καθόλου φησὶν· ὁ καὶ τρίβραχυς καὶ βραχυσύλλαβος καὶ τροχαῖος, ἐκ τριῶν βραχειῶν, τρίχρονος. χόρειος μὲν οὖν, ὅτι πρὸς τὰ χορικὰ μέλη πολλάκις λαμβάνεται. τρίβραχυς δὲ διὰ τὸ ἐκ τριῶν βραχειῶν συγκεῖσθαι [ἐν τρισυλλάβοις]. βραχυσύλλαβος δὲ ὡς βραχείας ἔχων τὰς πάσας συλλαβάς. τροχαῖος δέ, ἐπειδὴ ὁ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Θαμύρᾳ φησί· (fr. 240 [TrGF IV, p. 236] Radt)

πρόποδα μέλεα· τά δ' ὅσα κλύομεν
τρόχιμα, βάσιμα, χέρεσι, πόδεσι.

Tzetz. *de metr.* 322. 34 sqq.

ἄνπερ βραχεῖαν συλλαβὴν εὕρῃς ἐν στίχῳ μίαν,
ὥσπερ τὸ 'ἒ' ἀντὶ αὐτόν, εἴτε βραχεῖαν ἄλλην,
κόμμα μοι ταύτην γίνωσκε ποδὸς τοῦ ἁρμοδίου·
ἰάμβου, πυρριχίου τε, χορείου, ἀναπαίστου,
ἰωνικοῦ ἐλάττονος, εἴτ' ἄλλου τῶν προσφόρων·
καὶ λέγε βραχυσύλλαβον κουκούλιον τὸ κόμμα ...

323. 18

ἔγνως τὸ βραχυσύλλαβον πῶς μέλλεις καλεῖν κόμμα.

Tzetz. *de metr.* 327. 7 sq.

‘κα’ τὴν προτέραν συλλαβὴν οὖσάν μοι μόνον κάλει
κουκούλιον, ὡς ἔφημεν (323. 5), ἐκ τῶν βραχυσυλλάβων.

Anon. Berol. 294 τρίβραχυς, ὃς καὶ χορεῖος καὶ βραχυσύλλαβος λέγεται ⏑ ⏑ ⏑ ‘Ἕλενος’

Schol. B in Hephaest. 300. 16 sqq. τῶν δὲ τρισυλλάβων πρῶτος μὲν ὁ χορεῖος ὁ καὶ τρίβραχυς, ἐκ τριῶν βραχειῶν. ἐκλήθη δὲ χορεῖος, ὅτι οἱ ὑπὸ τῶν χορευόντων ᾀδόμενοι ἐν ταῖς χορείαις ὕμνοι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ τοιούτων συνίσταντο μέτρων· ὁ καὶ τροχαῖος καὶ βραχυσύλλαβος.

Caes. Bass. GL VI 255. 3 sqq. = fr. *6. 4 sqq. (GRF 133) Mazzarino et quod magis mirum videri potest, totus sotadeus numerus ex trochaeis potest constare pedibus, ut duo habeat ithyphallica metra et unum trochaeum pedem sic:

Bacche Bacche Bacche <Bacche Bacche Bacche Bacche>.

quibus si interposueris aliquos brachysyllabos, eiusdem scilicet rationis erit etiam mollior sic:

Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche.

nam ithyphallicum metrum saepe recipit hunc tribrachum, ut etiam apud Menandrum in Phasmate (fr. 3 Koerte-Thierfelder) et apud Callimachum in epigrammatibus (fr. 402 Pfeiffer) ostendi potest. cuius exemplum subieci, quo notius sit eum, cum sit sex syllabarum, adcrescere modo una syllaba modo duabus, per tribrachum scilicet pedem, sic: (Caes. Bass. *lyr*. 2 [FPL 317] Blänsdorf)

huc ades, [o] Lyaee
Bassareu bicornis
Maenalie bimater,
crine nitidus apto
luteis corymbis:
hedera te coronis
hasta viridis armet,
placidus ades ad aras,
Bacche Bacche Bacche.

Caes. Bass. GL VI 262. 9 sqq. = fr. *6. 187 sqq. (GRF 139 sq.) Mazzarino de galliambo … sed quod magis hic versus, quod matri sacer est Idaeae, vibrare videatur, proximum ab ultimo pedem brachysyllabon fecerunt et Graeci et hic ipse Maecenas iis quos modo rettuli proximum sic: (fr. 6 [FPL 247] Blänsdorf)

latus horreat flagello, comitum chorus ululet,

et Catullus: (63. 2)

Phrygium nemus citato cupide pede tetigit,

et ille alterius auctoris: (inc. 42 [FPL 428] Blänsdorf)

o qui chelyn canoram plectro regit Italo:

ut si facias illud ex laeviano metro ad hanc legem: (fr. 28 [FPL 139] Blänsdorf)

mea Vatiena amabo, mea cura, mea Venus.

Catullus in anacreonteo *** (Maecen. 5 [FPL 247] Blänsdorf)

ades inquit o Cybebe.

potest adhuc fieri crispior, si pro uno iambo brachysyllabon posuerimus in hunc modum:

mea vita, mea voluptas, mea cura, meus amor.

hic versus habet primum pedem anapaestum, secundum saepe iambum, non numquam tribrachum, tertium iambum, semipedem accipit medium, quia ex duobus commatibus constat; sequens comma accipit pariambum, trochaeum, brachysyllabum, semipede cluditur.

[Asper] GL V 548. 32 sqq. pedes simplices sunt duodecim: bisyllabi, hoc est binarum syllabarum, quatuor, pariambus, spondeus, iambus, trochaeus. trisyllabi, hoc est ternarum syllabarum, octo, anapaestus, dactylus, brachysyllabus, molossus, amphibrachus, creticus, bacchius, palimbacchius. … 549. 9 sq. brachysyllabus, quem quidam tribrachum vocant, [qui] constat ex tribus brevibus temporum trium, ut 'iacolum'.

[Censorin.] GL VI 611. 15 sqq. = 78. 3 sqq. Sallmann brachysyllabus ex tribus brevibus, cuius exemplum 'Cicero' … duos habent quantitate contrarios, brachysyllabon et molosson, quorum alter trium temporum est, alter sex.

[Censorin.] GL VI 612. 11 sqq. = 79. 11 sqq. Sallmann pentameter elegiacus habet exemplum: (Tib. I 1. 6)

dum meus adsiduo luceat igne focus.

recipit dactylum, spondium, anapaestos duos, in fine versus aliquando brachysyllabum. fit syllabarum paucissimarum duodecim, plurimarum quattuordecim. tertium pedem spondium semper habet, quartum et <quintum anapaestos,> quintum aliquando brachysyllabum.

[Censorin.] GL VI 614. 10 sqq. = 82. 12 sqq. Sallmann paeon duodenarius: (trag. inc. 52. 97 sq. [TRF 288] Ribbeck[3])

quis meum nominans nomen <aede> exciet? quis
tumultu invocans incolarum fidem?

et hic circuitus magis quam versus est. huic suberit denarius: (trag. inc. 53. 99 sq. [TRF 288] Ribbeck[3])

† qui repens semipulsas onere gravi fores crepitu terrent †.

recipiunt pedes creticos, chorios, spondios, brachysyllabos, iambos, anapaestos.

[Censorin.] GL VI 615. 3 sqq. = p. 83. 6 sqq. Sallmann anacreontius:

miseri invidi [vivimus] scientes.

recipit pyrrichium, chorium, spondium, brachysyllabum, anapaestum. primus est semper pyrrichius. numerus saturnius:

magnum numerum triumphat hostibus devictis.

sunt qui hunc † aristobolion † vocant. recipit pedes spondium, iambum, pyrrichium, chorium, dactylum, brachysyllabum, anapaestum.

Apthon. GL VI 92. 13 sqq. et quod magis mirum videri posset, totus sotadeus versus ex trochaeis pedibus poterit ordinari, ut duo habeat ithyphallica metra inserto medio trochaeo, qui erit septimus, veluti:

Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche.

quibus si interposueris aliquos brachysyllabos, id est e tribus brevibus, eiusdem

rationis et numeri, licet adcrescentibus syllabis, temporum tamen lege servata, versus efficietur mollior, dum celerioris soni vibratione decoratur, ut est:

> Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche,

item:

> frena capere, tela quatere, saxa iacere disce.

[Victorin.] GL VI 207. 15 sqq. pedes trisyllabi quot sunt? octo. qui sunt? … tribrachus idem qui brachysyllabus sive pygnomus … tribrachus ex tribus brevibus, ut 'Lepidus', 'Catulus'.

Diom. GL I 478. 31 sqq. tribrachys, tribrevis, teuthasius, quem quidam brachysyllabum, alii triorcheon, non nulli pygmona, plerique chorium nuncupant. constat ex tribus brevibus, a quibus nomen accepit, ut 'Helena'. chorius autem ideo dictus, quia choreis huius conpositio convenit.

Avdax GL VII 335. 3 sqq. huic (*scil.* molosso) contrarius est tribrachys, idem qui brachysyllabus sive pygnomus, qui constat ex tribus brevibus, ut 'Lepidus', 'Catulus'. tribrachys quare dictus? quod ex tribus brevibus constat.

Anon. GL VI 307. 8 sqq. pedes trisyllabi numero sunt octo. tribrachys ex tribus brevibus temporum trium, ut 'Helena'; sed hunc alii trochicum appellaverunt, alii pygnoma, alii brachysyllabon: Cicero eundem in Oratore (57. 193, 64. 217) etiam trochaeum appellavit. [*F.R.*]